

tie; in commodis notæ (sicut conicio) patientiæ. Inde Phoromionis thoribierunt in proverbium, de stratis minime delicatis, qualia sunt cubilia militaria, & quale sibi apud Homerum parat Ulysses, ex arborum congestis frondibus, ac ramis humi substratis. Erasmi in Adog.

Turcarum Imper. non nunquam videtur cum duobus, aut tribus balneum ingredi, ac templum religiosè adire, ubi non in cathedra, ac folio regali, sed in terra substratis tapetibus sine reliquo ornamento, ut ceteri, sedet. Cuspi.

Joan. Andrea Jurcoff. 20. annis pelle tectus urfina, citrà lecti delicias, noctu cubavit. Volat. lib. 20. Antioch.

HABITATIONES.

De habitationibus alibi egimus. Hic Moderationem circa eam, que ex habitationum usu percipitur, Voluptatem spectamus.

MYRACES inter oves hyeme, æstate in sacrarum ædium vestibulis regem, hyberna agentem Babylone, æstiva in Media, ad certamen de felicitate Persarum provocavit. Plus, an improprie etiam infelix.

BALNEA.

Hic Moderationem in Voluptate, que velex qualitate, vel ex effectu corundem, quoniam supraunt, resollant, mitigant, percipitur, consideramus.

Lacones perpetuò agebant, sine tunica, squallidi corpore, à balneis, & unctionibus ferè abstinentes, præterquam paucis diebus per annum. Plut. in Lacon. & in Lycurgo.

Dardanenses Illyrides ter solummodo per universam vitam lavantur: post partum cum nuptias ineunt, & cum mortem obierunt. Elian. lib. 4. de Var. hiss.

Pudica.

Tanta Romane verecundia observatio, & motum exempla fuere, ut nec pater cum filio pubere, nec focer cum genero lavaret, nudoque conspiceret parentes ducentes nefas. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 25. ex Val. l. 2. c. 1.

Frugalitas.

Consuetum illud veteribus Romanis fuit, ut vel nobilissimi ædileco fungerentur officio, ut loca balnearum intrarent, que populorum receptabant, exigenterque munditas, & utrumque, ac salubrem temperantiam: non hanc (inquit Seneca) que nuper inventa est, similis incendio, adeò quidem, ut convictum in aliquo scelere servum invitum lavari oportet: nihil enim jam videtur interesse, ardeat balneum, an caleat. Cælius lib. 30. cap. 19.

Grata.

CAROLUS Magnus delectabatur vaporibus aquarum naturaliter calentium, frequenti natu se exercens: cujus adeò peritus fuit, ut nullus cum illo certaret. Ob hoc etiam Aquigrægam regiæ extruxit, ibique extremos vitæ annos clausit. Crantz. lib. 2. Sax. cap. 8.

Horum quoque exempla aliquot ex loco proprio petantur.

UNGUENTA.

USURPATA honestè Jesus Christus Dominus noster bis unctus est unguento nardino pretiosissimo vivus, in memoriam sepulture suæ. Semel à Maria Magdalena (cum Bethanie cum Lazaro discumberet sabbatho, Joan. 12. quando Judas Iscariotes id factum reprehendit) quæ pedes illius unxit, & capillis extersit. Iterum in quo Simonis leprosi itidem Bethanie quatuor diebus post, à Muliere avarissima, quæ non pedes Christi reunit, sed fracto vase alabastrorum unguentum in caput Salvatoris effudit. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

NEGLECTA honestè Virgines olim unguentis non utebantur, sed nuptæ tantum. Itaque Catullus comam Berenices, dum virgo illa esset, nunquam gustasse unguenta ait: postquam verò nupta fuit, plurimum unguenti bibisse. Xenophon, in Symposio mulieres, præsertim sponfas, unguentis uti testatur, & Elestra apud Sophoclem comam suam vocat unguentis, id est, squallidam, utpote unguentis non delibatam. Videtur. lib. 33. cap. 7.

Effici Judæi probro ducunt oleum, & si quis vel invitus unctus fuerit, munditiis corpus abstergit: quoniam squallor decorum putant: dummodo veste semper sint candida. Josephus lib. 2. c. 7. bell. Jud.

Hispanis nullæ fuerunt balnearum, aut unguentorum delicia, que virorum animos effeminatos reddunt: nullus ibi festus dies, nullus epularum apparatus: aqua calida lavati

post secundum bellum Punicum à Romanis dicitur. Rodericus Santius part. 1. hiss. Hispan. c. 4.

EXCREMENTA, Purgantia.

In Turcarum castris omnium ordinum tabernaculis tentoriola conjuncta sunt, quibus latrinæ insunt, eo instructa ordine, ut novæ scrobes quotidie fiant, repletæ stam arena injecta tegantur. In macellis quoque pariter profundæ fossæ visuntur, in quibus lanii totius exenterati pecoris extra sedulo tumulant, ita sit, ut castra nullo odore tetra afflata, non ad salubritatem modo, sed ad jucunditatem, repurgatis omni in parte regionibus, non Barbarorum, sed eorum, qui militiæ disciplinam condidissent, castra censeantur: prædam hæc in re flavis Christianorum, in quibus præter ingratam natibus atque oculis multarum rerum feciditatem, pestilentes nasci morbos facillimè videmus. Sab. supplem. l. 24. c. 4. Jovio.

TEMPERANTIA VOLUPTATUM.

CORPORARUM IMPROPRIE DIGITARUM, EX OBJECTIS CONSIDERATI. Respeitu ejus, cui accommodantur. Sic alia obiiuntur.

ACTIVE, QUATENUS.

agendo videntur delectari, quoad sensum. F. Visus. Sic Moderatio duplex, partim Spectando.

Hic moderata oblectatio ex spectaculo rerum jucundarum oculos prius quam animos oblectant, Non Spectando.

Ex loco, Castitati conferatio, Alpestem declinando, huc quedam, quatenus externa oculorum delectatio interna veluti lena existit.

SARA in Scythia virginibus præposita, cum ad fluminis ripam post Monasterio annos 60, habitasset, haud sustinuit, ut aliquando aspiceret per fenestram vellet leniter præterlabentes aquas prave ad præsentis amenciam, ne ex eo aspectu aliquid caperet voluptatis. Marul. lib. 3. c. 10. & Sabell. lib. a. c. 10.

AMOS Egypcius Monachus nunquam se nudum vidit: indecorum esse Monacho dicens, vel suum ipsius corpus conspiceret nudum. Suidas, & Marulus lib. 4. cap. 7. & Sabell. lib. 5. cap. 6.

Auditus, Sonorum jucundorum.

Consule Tit. Musææ studium illic certè Atti habetur ratio, hic Voluptatis, que artem comitatur. Tacitus.

Ex superiore loco Temperantia circa Vestitum quedam, quatenus frigus, & calore marcet.

LYCURGUS pro vestitum varietate instituit uno amictu, quoniam Lacones afflicti, ratas & adversus frigora, & adversus calores melius hoc pacto muniri. Xenophon. in Republica Lacon.

Apud Diogenem Laertium obicit Philemon comicus Cræti, quod ætate gereret pallium crastum, hyeme lacera tunica: videlicet quod diceret temperantiam, ac tolerantiam. Erasmi in Adag.

M. CATO domi tunica sine manibus per hyemem inducebatur. Plut. in ejus vita, & Lacon.

MOTUM.

De Exercitiis alibi egimus, tanquam de Functionibus, ut de Secundariis bonis Corporis. Hic vero ratione Moderationis considerari possunt, atque debent. Vegetionis.

Equo Dialem flammam vehi apud Romanos religio erat. Gell. lib. 10. c. 5.

QUIETEM.

Vecchoris Egypci rex, ut ab omni luxuria, & mollitie alienum ostenderet, simplicissimo victu contentus, humi jacere, ac dormire solebat. Herodotus.

Persarum epechi decem annos, postquam è pueris excesserunt, circiter archiva cubant, cum reipub. custodienda, cum exercere temperantiam gratia. Nam hæc potissimum artes requirere curam, studiumque singulare videtur. Xenophon. lib. 1. Pædiæ.

AGESILAUS, & Pharnabazus Phrygiæ præfectus ad colloquiū quum

quum venire. Prior in locum constitutum venit Agesilaus: ac sub umbra in altam herbam seabiticens, præstolatus est Pharnabazum. Qui postquam venit villosus, mollibusque pelibus, & verticoribus sibi substratis tapetibus ita recumbentibus, & verticoribus Agesilam, etiam ipse, licet veste mira subtilitate, & tinctura esse amictus, neglectè decubuit. Plut. in Agesilao.

Juvenes Spartani unâ quietem turbant, & gregatim capiebant in theis, quos ipsi construebant ex arundine, secus Eurotam nascere: cuius panniculum manibus citra ferrum confingebant. Per Brumam Lycophanas, quos vocant, subtermebant, theis quoque miscebant, quod ea materia vim quandam obtinere excaustoriam putatur. Plut. arbus in Isthmiiis Laconici.

In oratione pro L. Murgæ, cum duritiam victus Spartiarum ostendere vellet Cicero, inquit: Qui quotidianis epulis in robore accumbunt. Significavit autem eos confuisse in leculis accumbere ut mos, erat reliquorum Græcorum; sed in dura quamdam materia, ac ligno (quod dicitur in Athen. lib. 12. Dipsos.) Robur enim dicens, lignum intellexit. Virginius lib. 3. Par. lib. c. 15.

HANNIBAL, cum sub Astrubale patre militaret, plerumque super nudum humum sagulo tectus somno capiebat. Frontinus lib. 4. cap. 30.

JUL. CÆSAR, compulsus aliquando in itinere per temperantiam in hominis pauperis casam, ubi nihil extra unum cubiculum reperit, quod capere vix posset unum: dixit amicis, ampla loca principibus concedenda, necessaria debilibus: atque Oppianus illic fuisse capere quietem, cum ceteris ipse in prolecto janæ cubavit.

Beatus Hilariem Hieronymus refert, super nuda humo, stratuque junco, usque ad mortem cubitasse. Sciebat enim, eos, qui exquisitioribus culticris per luxum utuntur, prophetæ verbis devoveri; dum ait: Væ vobis, qui dormitis in lectis eburneis, & lacivitis in stratis vestris. Marulus lib. 1. cap. 1. c. 6. & Sabell. lib. 2. cap. 2.

MARTINUS Turonensis Episcopus (sicut de illo Eusebius ad Severum scribens testatus est) subtilitatis humi cilio cubans frangebatur somni mollitiem lectuli rigore. Idem. Idem cum in Monasterio quodam vis Dicitur reverenter susceptus, hora quiescendi cellam ingredere cubiculo paucere. Posthumio quando in eremo moratus est, nudum, atque interdum sparfis ex induritia scrupulis asperatum solum, lectus fuit. Quid hoc est, nisi nolle unquam ita resolutio corpore obdormiscere, ut mens ad Deum non vigilat? Marulus lib. 1. c. 11. & Sab. lib. 2. cap. 2.

GERMANUS Antiochenensis Episcopus, lectulum suum, cilio, faccòque, & cinere stravit, ut non lectum sed lectum & doloris potius, quam quietis locum diceret. Insuper ipse quoque (ut in vita ejus scriptum legitur) sic facies, identidem suspirare ingemiscereque audiebatur, ita ut cum parumper jacuisset (ad nocturnas enim ceremonias celebrandas primus exurgebat) multo minus dormisse putaretur, quam jaceret Idem.

Beatus Hieronymus ad Eustochium virginem scribens, dum quibus in eremo corporis fatigationibus contra urbanarum voluptatum cogitationem contenderet, enarrat, de ipsa etiam cubandi cognitionem mentionem faciens: Si quando, inquit, repugnante somno immensis oppressisset, mada humo vix offensa colliebat. Marulus lib. 1. cap. 10.

PAULA Romana, que summam generis nobilitatem superavit vice sanctitate, in gravissimis arum febri (ut Hieronymus inquit) mollia lectuli strata non habuit, sed super durissimum humum in stragulis cilicinis quiescebat: si tamen illa quies dicenda est, que jugibus penè orationibus dies, nocteque jungebat. Idem.

Idem Hieronymus Asella virginis sanctitatem efferens laudibus, ait: Unus cellule clausæ angustius latitudine Paradisi fructur: idem terræ solum & orationis locus existit, & quietis. Idem.

Otilii virginis, quamvis Monasterii in quodam Bavaria L. B. Theat. vit. Human. Tcm. VII.

monte siti propostæ esse, pro stragulo urfina pelis, pro pulvillo faxum erant. Solebat enim, ut in ceteris religiosæ conversationis laboribus, ita & hac parte gravius onus sibi ipsi, quam aliis quibus præerat virginitas imponere. Super urfi autem pelle cubans, magisque vigilæ, quam somno indulgens, conculeavit ursum illum, quem David tyrum genens Christi scribuit interfecisse: & de quo per Hieremiam dicitur: Urfus infidians factus est mihi. Lapidem verò capiti supponens placuit lapidi illi, qui factus est in caput anguli, qui fecit utraque unum. Idem. l. 1. c. 10. & Sab. lib. 2. c. 3.

PASSIVE, QUATENUS. Patiendo videntur delectari. Talis est Voluptas ex

SOMNO, VIGILIA.

Somni volatille allementum est Cubatio. Proinde ex præcedenti Quiete peraque huc transferri possunt.

Abbas Moses in eremo Scythiote de seipso narrare solebat, sæpè somnum à suis oculis pluribus diebus depulsus, adeò ut necesse haberet precibus Domino supplicare, pro immittendo, vel exigi temporis somno. Cæsius c. 6. colatione 2. Onophrio eremite neque testum ullum, neque certus quietis locus fuit. Ibi somnus erat, ubi per desertum vaganti nox occurrisset. Sed & ipsa quoque nox pervigilio magis, quam dormitione peragebatur, ut illud fervat a Propheta dicitur: In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite. Dominum: Marulus l. 1. c. 10. & Sab. lib. 2. c. 3.

CULTU CORPORIS. IN GENERE.

De cultu corporis, qui ornatus causa adhibetur, suo loco egimus. Ex eo illa que ad Moderationem faciunt, huc transferri possunt. Eleganti

Asad quoque inca, id est, ex Academia venis. De severo, & composito seu docto, Sumptum à Platonis schola. Athenus vero lib. 12. significat dicitum in nitidos, & cultu insigni, quod his Plato delectaretur munditiis. Erasmi in Adagis.

Simplice, Vili. Consule Tit. Militæ ad frugalitatem suo exemplum traducere.

AGIS Eudamida F. rex Spartanorum, omnem corporis succum detraxit, cultuque exiit. Plut. in ejus vita. VIRIATUS Lufitanus, qui annos quatuordecim cum populo Romano varia fortuna pugnavit, ratis rebis gestis non amorum, non vestis cultum, non denique victum mutat: sed ut scribit Florus, in eo habitu, quo primum bellum cepit, perseveravit, ut quisvis gregarius miles ipso imperatore opulentiore videretur.

CULTU CORPUS ORNANTE.

In Coma alenda, curanda. Ex Tit. Pilorum cultus, huc moderata omnia.

NICANDER, five Charillus quærenti, Quare comam, & barbam promittant Lacones? Quia omnium, inquit, speciosissimus est, & minima impendæ viro suo propius ornatus. Plutarchus in Apoph.

Exculebant Spartiæ comam, commemorantes dictum H quoddam de ea Lycurgi, Formosiores ubi ea speciosiores, deformes effici horridiores. Idem.

AUGUSTUS CÆSAR omnibus elegantioribus cultus negligens, uno etiam tempore pluribus tonforibus operam dabat. Sueton. Vestium elegantia.

Vini usus olim Rom. feminis ignotus fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prolaberetur: quia proximus à Libero patre in temperantia gradus ad inconestiam venerem esse confuevit. Ceterum, ut non tristis earum, & horrida pudicitia, fed honesto comitatis genere temperata esset, indulgentibus maritis, & auro abundantibus, & multa purpura vitæ sunt: & quo formam suam concinniore efficerent, summa cum diligentia capillos cinere ruraliunt. Nulli enim tum subsestros alienorum matrimoniorum oculi metuebantur: sed pariter & videre sanctè, & aspici, mutuo pudore custodiebantur. Valer. l. 2. c. 1.

Auro, Gemmis. ALEXANDER SEVERUS Imper. dona regia in templis posuit: gemmas sibi oblatas vendidit: muliebres effe existimas gemmas

APPELLATIONES VARIE. EX FINE EORUM DIVERSO.

Edes sacre varia nomina fortuntur secundum varios fines, propter quos eriguntur. Primus est offerre Deo sacrificium: & dicuntur ob id Tempa, est enim templum locus altaris. Secundus est orare, & obsecrationes pro necessitatibus Deo facere, & hinc appellantur oratoria. Tertius ad martyrum reliquias honorifice conservandas, & vocantur Basilice, sive memorie martyrum. Quartus est predicatio verbi Dei, & Sacramentorum administratio, & ita sunt Ecclesie. Primus, secundus, & tertius finis etiam Judaeis, & duo priores gentilibus communes fuerunt. Quartum dumtaxat agnoscit Calviniste, & Luchetani: Anabaptiste, & Vvaldenfes ne illum quidem.

Sunt insuper alia nomina, quibus veteres dedicata Deo loca nuncuparunt, Ita Isaias, & Christus vocat templum domum Dei, & domum orationis. Item domum patris celestis, tum quod Deus templum elegerit ad immolationem sacrificiorum, & deprecationes populi sui audiendas: quomodo dicitur ad Salomonem 3. Reg. 9. Exaudivit orationem tuam, & deprecationem tuam, quam deprecatus es coram me, Sanctificavi domum istam, quam edificasti, ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum: & erunt oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus, tum quod fit locus mysteriis divinis dispensandis deputatus: tum quidem, quod licet Deus implet maiestate, & potentia sua celum, & terram Jer. 23. tamen peculiariter modo est in templo sancto suo, ut in quo eum agnoscimus, & veneramus, ex variis effectis, quos hic producit.

S. Cyprianus Ecclesiam vocat Dominicam, sicut de elemosinis, quia domus illa sacra velut palatium Domini fit, quod etiam significat Hebræorum vox Hechal, quasi Basilica potentis Dei.

Vocat Deus templum antiquum, locum requietionis suæ Itaque 66. tum quod ante edificatum templum Salomonis nullo loco stabili consistebat: erat enim tabernaculum Mosaiicum mobile, ac portatile: ut potentissimum, tum quod edificatum, velut delectatus religiofo cultu nostro, & expectans supplicationes nostras, hinc etiam nonnunquam appellantur templa, Tabernacula Dei cum hominibus, ut in quibus, velut in celo fe beatis: & hominibus se manifestat, suaque mysteria, & voluntatem testatam facit. Plura Epitheta inveniri est apud varios scriptores, desumpta à functionibus, quæ in templis exercentur, & propter quas eadem eriguntur, nos in præfenti jam dictis contenti erimus.

* TEMPLO- RUM, SIVE ECCLESIA- RUM ANTI- QUITAS.

Quamvis Deus in templis manufactis non habitet: Act. 17. ut scilicet eis circumferatur, aut concludatur: argue undecumque eum deprecantes, & gloriam illius promoventes valeat exaudire: nihilominus voluit semper certa loca cultui suo deputari, præsertim si publicis esset, & religionis mysteria non ubivis peragi, hæc enim ratione novos Deos more gentium sibi quilibet confingeret, & Ecclesiasticam hierarchiam rurbaret, quod hæreticorum conventicula satis superque probant. Arque hinc est, quod statim à condito mundo Deus certa loca deputaverit, quibus & invocaretur, & invocantes exaudiret, ac potentie suæ signa ederet. Quæ loca quamvis non semper per modum sacri adificii constructa, & conclusa fuerint, adeoque forma caverint, in hoc tamen templorum vicem gesserunt, quod iisdem sacris functionibus deputarentur, & propterea quas templa excitantur, & dedicantur. Exemplis, & S. Scripturæ testimoniis res fiet manifestæ.

IN LEGE NATURÆ.

Meminit Scriptura divina de sacrificio Abelis, & Cain: Item de publico cultu, quo Enos cepit invocare nomen Domini, quod licet Scriptura non tradat factum fuisse loco certo ad eadem obsequia deputato, tamen verisimile est, peculiariter ad illa electum, & præ aliis dignius habitum fuisse.

Ad eum modum siccat diluvii aquis, Nos obtulit holocaustum de cunctis pecoribus super altare, templum autem nihil est aliud, quam locus altaris divino cultui, qui potissimum in sacrificio exercetur, deputatus. Gen. 8.

Scribit Moyses. Abraham plantasse nemus in Berabæe, tanquam templum, aut locum sacrum, in quo invocabat nomen Domini, & esset velut oratorium tam sibi, quam colentibus vera religio Deum. Genes. 21. vers. ult.

Jacob Patriarcha erexit lapidem in titulum, fundens oleum desuper: & in eodem loco obdormiciens, vidit mysticam illuminationem. Genes. 28. vers. 11. & lib. 1. de bello Judaico c. 27. Scribit de eo Dio Cass. lib. 37. Hoc templum tempore Pompei Magni Deo structum, summæ molis pulcherrimum, nullo culmine tectum.

Hoc templum secundum funditus destructum, expugnata Hierosolyma à Tito Cæsare post 40. annos, aut paulo plures à Domini nostri crucifixione, ut scribit Josephus lib. 7. de bello Judaico c. 17. & 18. Orabus lib. 7. cap. 6. Egesippus in 5. prædixerat Dominus idipsum.

Et quamvis Judæi tertio conati fuerint hoc templum restaurare, sub Adriano, Constantino, & Juliano Imp. nunquam tamen potuerunt, nempe ad venerat jam veritas, quæ umbras veteres non sustinebat: videlicet novum sacerdotium, & sacrificium à Christo institutum, adeoque nova templa, & altaria, quorum typi, & figuræ fuerant prius illud templum, & tabernaculum.

Præter hoc templum augustissimum, in quod ad publica sacrificia, & solemnem Deo cultum exhibendum conveniebant Judæi, plures erant Synagoge, sive domus, ad quas singuli parochii statim temporibus conveniebant, & conferebant de lege, ceremoniis, & aliis nonnullis religionis cultum promovendum spectantibus. Fuisse autem cccc. & lxxx. numero propter amplitudinem civitatis, scribit Rabbi Menahem.

Paulo post Samaritanis, seu Cutheis, aliud templum edificaverunt in monte Garizim, initium fuit, & causa Manasses frater Jaddi, Sacerdotis Dei: qui inhians Pontificatu, uxorem duxit filiam Samballath Samaritanorum Principis, præfecti Regis Persarum, ad quem vicem templum Garizim Hierosolymitano simile, ad quem ibi Pontificatu novum fungentem, rector novarum cupiditate transtulerunt. Josephus lib. 11. Antiquit. cap. 8.

Hinc cepit schisma inter Judæos, qui prophetico templo adhærebant, & vero sacerdoti, & Samaritanos, qui partes Manasses sequebantur, quod fovenerit Saddoc, & Baethos, ut scribit Rabbi Abraham in Cabala. Mons vero Garizim, est mons, in quo benedictiones factæ sunt servatum legem Dei. Deut. 27. vers. 12.

Samaritani porro illi, non erant planè in cultu Dei instructi, sed & Deo, & demonibus more gentium serviebant, unde pro hæreticis habebantur, ut liquet ex l. 4. c. 17. ubi refertur causa dogmaticæ universi.

Stetit hoc sanum Cuthæorum hæreticorum, seu Samaritanorum, per annos circiter ducentos, ut ait Elias Levita in Historia Cabala. Everit autem illud Joannes filius Simeonis filii Hasmonei cognominati Hircani, & occidit hæreticos, qui ibi offerbant sacrificia extra ædem Domini, & constituerant decreta, & leges pro animi sui libidine, quamvis & hic alia occasione factus fuerit postea Saducaus, ut scribit Elias Levita ibidem.

APUD GENTILES.

Quamvis idololatæ in verò Dei cultu hallucinati fuerint, tamen religiose tacti, quæ quodammodo naturalis hominibus est, illis, quos Deos putarunt, & cultum, & templa dedicarunt, eaque religiose venerati sunt, quandiu errore fascinati remanserunt, donecque affluis veritatis sol, & cognitio veri Dei, quod illustrati, sublati idolis, clausis, & dirutis eorum templis, ad veram Dei cognitionem adducti sunt. Deo dicantur templa, & apud alios sacrificii: sive superstitionis ejusdem Pontificis, ut liquet ex Flavio Vopisco in Avelliano, & Livio lib. 9.

Erant gratitudinis erga divinum numen templorum dedicationes, etiam inter Ethnicos cultorum testimonia. Templum Herculi dicaxit Scipio, & Timotheus postquam Tyrannos Siculos ejecit, edificavit aliud Fortuna. Plut. in Polit.

Templum Jano Numa dicavit, quod Romanis erat sanctum, in quo Jani simulacrum erat æneum, non altius quinque pedibus, duarum facierum, quarum una versus orientem, alia occidentem spectabat. Erat sacellum parvum forma quadrata das habens portus, quarum una tempore belli aperiebatur, & tempore pacis claudebatur.

Dio Cassius lib. 52. Scribit, templum Jani, quod apertum erat in bello Cantabrico, clausum fuisse victoria, & pace obtenta ab Octaviano.

In lege veteri in locis editioribus aras, & delubra sua habebant Ethnici. Item lucos, silvas, aras, in quibus repona pecebant, & Dæmonis sacrificabant. Siquidem in lucis colebantur diversi Dii, prout illi dedicati erant separation: unde religio extra urbes maxime in lucis erat, vel juxta delubra erant luci, prohibuit illud Deus Deuter. c. 16. vers. 11. Non plantabis lucum, & omnem arborem juxta altare Domini Dei tui, nec facies tibi, neque constitues statuas; odit Dominus Deus tuus.

Meminit sapè sacra Scriptura, populum Juda, & Israel, concitasse iram Dei, & ideo à Deo punitum, quod edificasset more idololatrarum sibi aras, & statuas, & lucos super omnem collem excelsum, & super omnem arborem frondosam, quæ vocantur excelsa, & eorum Sacerdotes, Sacerdotes excelsorum. 3. Regum c. 14. vers. 24. & c. 15. vers. 13. & cap. 22. vers. 31.

3. Regum c. 11. vers. 7. scribitur, quod Salomon edificavit phanum Chamos Idolo Moab, in monte, qui est contra Hierusalem: cum etiam idem edificasset domum Davidi in Hierusalem, in monte Moria, qui demonstratus fuerat Domino patri ejus in loco, quem paraverat David in arca Ornam Jebusei 2. Paral. cap. 3.

In desertis locis solebant, & plerumque isti luci, & excelsa constitui: ut scribit Ctesias lib. de rebus Persicis in India esse locum sacrum in tractu inhabitabilis regionis, quod sub nomine Solis, & Lunæ venerantur, ad quem à monte Sardonius esse quindecim dierum iter.

Persæ, quibus neque aras, neque statuas, neque templa construere moris erat, in ædificiis quibusque concessis montibus Jovi hostias immolabant: Jovem autem omnem cæli gyrum vocabant, & ita luna, soli, telluri, igni, ventis, sacrificabant. Plutarch. in Poli.

Cæterum ex Hæreticorum disciplina, Veteres, ut puto, moniti, non Diis omnibus, omni loco templa ponenda censuerunt. Nam qui pacis, qui pudicitie, qui bonis artibus præfent Dei, eos intra moenia collocandos putaverunt, qui vero voluptatibus, rixis, incendiis, ut Venus, Mars, Vulcanus, eos excludere ex urbibus solebant, tamen hoc non ita ratum fuisse semper, ex historiis videmus. Veniam autem, Jovem, & Minervam, quos Deos tutores urbium, ait Plato, in ipsarum medio, & arcium locabant.

Vitruvius: Adibus, inquit, sacris, quorum Deorum maxime in tutela videtur civitas esse, ut Jovi, & Junoni, & Minervæ, in excelsum loco, unde meminum maxima pars conspiciatur, arca distribuantur. Neptunum, ad maris litus statuendum, Janum in excelsum montibus, nunquam in foro.

Æsculapium Romani in Insula Tiberina reposuerunt, quod agro maximè aqua indigant, alibi tamen extra urbem templa habuit, ut ait Plutarchus, quod ibi aer fit salubrior. Gratiana verò templum Æmōdō, hoc est, ut interpretantur plerique, in medio foro, & publico constructum fuit, tradit Aristoteles in Ethicis, & ejus interpretes.

APUD CHRISTIANOS.

Veniamus ad Evangelicæ legis tempora. Hic primum Apostolos intuebamur, per omnem terræ ambitum cum sono prædicationis templa etiam Deo, ejusque cultui, sacrificio, orationibus deputantes, S. Mattheum quidem in Ægypto: Ephefi Joannem: apud Indos Thomam, & Bartholomæum: alibi alios Ecclesias edificantes.

Cum Petrus à postolus multos à variis languoribus Antiochia contra Simonem Magum curasset, tantam Spiritus sanctus in illa die gratiam suæ virtutis ostendit, ut omnes à minimo usque ad maximum una voce confiterentur Dominum: & ne multis immorer, intra septem dies, plus quam decem millia hominum credentes Deo baptizati sunt, & sanctificatione consecrati, ita ut omni aviditatis desiderio Theophilus, qui erat cunctis potentibus in civitate sublimior, domus sue ingentem basilicam Ecclesie nomine consecraret, in qua Petro Apostolo constituta est ad omni populo cathedra, & omnis multitudo quotidie ad audiendum verbum conveniens credebatur sanæ doctrinæ, quam sanitarum efficacitas affirmabat. Clemens Roman. lib. 1. c. Regognition. sub finem.

Eusebius Cæsariensis lib. 2. hist. Eccles. descriptis primorum Christianorum habitaculis, ut fe habet singularum qualitates, & situs, etiam de Ecclesiis, quæ apud eos sunt, sic scribit: Est autem in singulis locis consecrata orationi domus, quæ appell-

appellatur *Zelator*, vel *Morator*, *Zelator* autem in nostra lingua significare potest honestorum conventiculum, in quo secedentes, inquit, honeste, & casta vite mysteria celebrant, nihil illuc prorsus, quod ad cibum, potumque pertinet, inferentes, vel ad reliqua humani corporis ministeria; sed legis tantum libros, & volumina Prophetarum, hymnos quoque in Deum, veteraque his similia, in quorum disciplinis, atque exercitiis instituti ad perfectam, beatamque vitam studiis iugibus coalescunt. Er post aliquanta iterum dixit: Ab ortu autem diei usque ad vesperam omne eis spatium studiorum exercitiis ducitur, quibus ad divinam philosophiam per sacras litteras imbuntur, patrum leges in allegoricam intelligentiam deducentes. *Euseb. Caesariensis lib. 2. c. 17. ex Philone de vita contemplat. supplicium.*

D. PAULUS reprehendit Corinthios, quod convenientes in Ecclesiam scissuras facerent, & in eis manducarent, & biberent, I. Cor. 11. statim docet, quo habitu, & modo, tam viri, quam mulieres debeant in Ecclesia orare.

Erant ergo eo tempore Ecclesiae materiales, fortassis non tam splendide, quam paulo post, crescente numero, & opibus fidelium, quia de illis verba Apostoli in B. telliguntur.

Apost. Lucam Act. 14. dicitur Paulus, & Barnabas per Ecclesiam constituisse Presbyteros.

Verosimile autem existimaverim, quod domus nonnulla ampliores priusquam Ecclesiam erigere possent, promiscue, & passim ministeriis spiritualibus, & orationibus inservirent. Sic comenaculum novimus convenisse primum Ecclesiam post Domini Ascensionem, & ita ad sacros conventus loca certa primos Christianos delegisse.

SILVANIUS, qui Apostolorum tempore floruit, dum Antiochena praefectus Ecclesiae, ad Magnehas scribens: Omnes, ad orandum, ait, in idem loci convenite: omnes velut unus quispiam ad Templum Dei concurrite.

Sed licet nullum aliud suppetere argumentum, vel oratio, ipsa saltem Imperatorum edicta, quorum meminit *Eusebius lib. 8. bist.* quibus Christianorum Ecclesiae demoliri jubebantur, certissimam fidem faciunt, nonnullas aedificas ante fuisse. Ita de illis Eusebius: Cum in antiquis illis aedificiis non satis loci haberent, ampliores Ecclesias in universis urbibus, fundamentis eorum ad majorem latitudinem dilatatis exererunt, quae tamen eisdem Diocletianis sunt demolitae. Igitur ab ipsis exorientis Ecclesiae primordiis ad Ecclesiasticas obundas functiones semper erecta fuerunt sacrae aedes, quas Ecclesias nominamus, & ita usus obtinuit tam ab Apostoli Pauli temporibus, ut ad Ecclesiam confluerent, verba sunt Augustini, in Ecclesia proinde non dicatur, nisi ad ipsum locum, pariterque prodierit, atque confluerit, quibus Ecclesiae congregatio continetur.

Ceterum in Urbe ipsa, ex qua fides Christiana cepit, etiam coepit usus Templorum, eorumque numerus in dies magis, ac magis est propagatus. Constat enim Prudentis Senatoris Petri discipuli domum in Ecclesiam mutatam, & nunc celebrari titulo Pastoris.

Idem liquet de Euprepia matrona, & Evaristo Papa, qui V. a Petro fuit.

Meminit de Alexandro Imperatore Lampridius, quod cum Christiani accusarentur, quod locum cauponis cuiusdam occupassent Ecclesiam aedificandae gratia, locum unde quaestio, illis adjudicaverit, & pro ipsam referret. Ita enim ait: Cum Christiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupassent, contra populi dicerent eum sibi debere: referripit Melius esse, ut quomodocumque illic Deus colatur, quam populi dederat. *S. Hieronymus in vita Paulae*, testatur eam oculis propriis aspexisse domum Cornelii, cuius fit mentio in Actis, convertam in aedem sacram.

De Constantino Magno, postquam salutaribus undis ablutus fuit, memoratur, quod admissat tabernaculi veteris sibi curaverit Ecclesiam portatilem, quae ubicumque locorum esset, & maxime in bello circumferri possit, nec in solitudine quidem agens, ubi opus esset, Deum colere, & divina ministeria participare deberet, aedibus sacris careret, ad quam veluti ad tabernaculum semper praetor fieret Sacerdotes, & Diaconi, sine intermissione ministeria divina juxta statas Ecclesiae ceremonias obeuntes. *Nicephor. lib. 7. bist. Eccles. cap. 46. Sozom. lib. 1. bist. tripart. c. 9.*

Et quidem ante illius tempora primae Christianorum humilitas immani operis structuras, & aedificia non admittent, Ecclesia sub Tyrannorum gladiis jacente, verum simul

ac Christianae fidei radius hujus Imperatoris mentem perstrinxit, quales machinae Catholicis exceptae in caelum attollantur: quanta templa per Constantinum undis salutaribus ablutum excitata! Testis est Lateranensis Basilica in monte Calio Roma; quam sub titulo Salvatoris Sylvester Papa dedit; & altera in Vaticano Principis Apostolorum: tertiaque super Divi Pauli, via Ostiensis. Plures aliae Constantinopoli, ut meminit *Nicephorus*, crevit, amplissimisque prominentibus dotavit.

Refert *Andreas Fulvius lib. de antiq. Roman.* tantam istius Caesaris pietatem fuisse, ut ejus tempore Roma: fuerint plus quam tria templorum millia.

Hanc religionem, & zelum mortuo Constantino plures Christiani Principes imitati sunt, quorum memoriae permanent, & dicantur Deo aedes usque in hanc diem se ostentant.

Sigebertus meminit de Justiniano Imperatore Romano, quod Italia à Gothis liberata, & à Vandalis Africa, & Deo in gratiarum actionem nobile templum in honorem Sanctae Sophiae Constantinopoli extruxit. De aliis aliis. Nos pleraque sequentibus Titulis in medium adducemus.

CONSTANTINUS Imperator cum cognovisset, eos olim, qui idolorum errore tanquam furoris interperis aedi fuerant, salutiferum monumentum desolasse, agere multo mollem altissimam excitasit, Calvariae, & resurrectionis viciniam circumcirca locum occupasse, & lapidibus ingentibus solum ejus constraxisse, ut oblivioni monumenta memoriae sempiterna mandarent, & templum praeterea impudicae deae Veneris, statuantque ejusdem ibi collocaisset, virgineo partu illudentes: ut qui eo loco deobito Christo honorem sibi praestandum itatuisset, simulacro eo exhibere viderentur, prosequente temporis oblivio veram premetere, atque occultaret causam, quod nemini liberè eo committere, aut aliis rem indicare fas futurum esset; funditus templum ipsum erueret, aggeremque egestum, quam longissime à civitate proficeret, ut qui sceleratis sacrificiis comminatus esset, justis, ac templum illud pulchritudine praecipua amplissimum, magnificentissimumque extruxerit. Cujus aedificationis institutionem Maecario ejus templi Antifitii per litteras committit. *Nicephor. Callist. lib. 8. bist. Eccles. cap. 28.*

Imperatoris Constantini mater Helena amplissimo templo in resurrectionis, & Calvariae monumento ita constructo, ut nulli prorsus quocumque, vel pulchritudine, vel magnitudine vicina sum, cederet, novae Hierusalem nomen indidit, exemplari scilicet illius veteris; & jam soluti tabernaculi: Ipsa verò domesticae proprietate impensis alias duas magnificae facras construxit aedes: alteram in Bethleem, ad eam, in qua natus est Christus, speluncam, sexies mille passibus ab urbe distantem: in cujus sanctiore factorio humi & praesepi, & speluncam sacram est complexa: alteram verò in Olivarum monte, ad verticem ipsum, ubi relictis discipulis Christus in caelos est assumptus. Excitavit quoque mirificum aliud templum in Gethsemani praesepi, Genetrici Dei, atque in sacario ipso vivificum ejus sepulchrum firmiter inclusit. Cum verò declivis sit locus, gradus marmoreos fieri curavit, viatores ex sancta urbe Orientalem plagam versus ferentes. Sanctis indem infantibus, & ubi Angelus pastoribus laetum attulit nuncium, & verbi puerpera, in eis ipsis locis factas extruxit aedes, nec non aliam quoque Josepho sponso: inde Bethaniam profressa. Lazaro Christianico in ligno aedificavit delubrum. Habet id Hierosolymis passuum millibus duobus. Deinde ad factum Jordanem conversa, circa speluncam, ubi olim domicilium Joannes Baptistae habuit, per pulchram illi aedem erecta, &c. *Idem ibidem cap. 30.*

Justinus Martyr in Apolog. pro Christianis ad Antonium Pium, scribit eceus Christianorum tam urbanorum, quam rusticorum illius temporis, die solis in unum locum convenire, ubi Apostolorum, Prophetarumque litterae, quoad fieri potest, praeguntur: deinde cessante lectore, praepositis verba facit adhortatoria, ad imitationem tam honestarum rerum invitans. Post haec confingimus omnes, & preces offerimus, quibus finitis profertur panis, vinum, & aqua. Tum Praepositus quantum potest preces offert, & gratiarum actionem, plebs vero Amen accinit. Inde consecrata distribuntur singulis, & absentibus mittuntur per diaconos: ditiores, si libeat, pro sua quisque voluntate conferunt. Collecta deponuntur apud praepositu: is subvenit pupillis, viduis, & propter morbum, & aliamve necessitatem gentibus: victis quoque, ac pretergnis, & in

& in summa curator sit omnium inopum Conventus autem hos dies solis facimus, quoniam hac die primum Deus de pulsis tenebris, formataque materia mundum creavit: Jesus Christus quoque noster servator eadem die resurrexit à mortuis. *Justin. in Apol. 2.*

Thomas Bozius Eugubinus Congregationis oratorii Presbyter scribit, beatam Mariam Magdalenam, & beatam Martham ejus sororem, Massiliam profectas, duo templa, quae dicitur adhuc ibi extare, alterum Christo, beatae Mariae Virgini alterum exaile: atque id ita in vetustis Ecclesiarum illarum monumentis haberi. *De signis Eccles. lib. 9. c. 6.*

JUSTINIANUS Imperator Dei placandi causa templum splendidissimum, & amplissimum Constantinopoli condidit, litteris in omnes orbis terrarum partes dimissis, quibus significabat, eò deportandum esse, quidquid extaret ubique gentium, vel lapidum, vel columnarum, vel aliarum rerum splendidarum. Materia totos septem annos congregabatur, & Cyzico majori ex parte advehabatur. Templum verò istud universum annis 17. absolutum est, coelum terrefcisse, quod ipsos etiam Seraphinos, inquit *Manasses*, cum veneratione admirari arbitror. Nam si Deus commemorari dignatur in his, quae hominum manus perpolierunt, omnino hic, nec usquam alibi habitat. Theodora quoque ejus uxor, isdem addita cum marito studiis, & eisdem praedita moribus, mirum magnificentissima, templum à fundamentis Christi Discipulis condidit, post primum illud facile principem sibi locum vindicans. Appellare quis illud non ineptè possit inter alia templa carulae splendens lumine lunam: quod secundum solem pulchritudines suas secundas ferat. *Annal. Glyca. part. 4. & Constantin. Mauvssii in Annalibus.*

Pleraque ex Titulo de Templorum ornatu haec adferantur.

TEMPLORUM FORMA.

AC PRIMUM TABERNACULI JUDAEORUM.

Vide latè in loco de Tabernaculo.

TEMPLI SALOMONIS.

Templum Salomonis, quod si aedificae cepit anno quarto regni sui, idque post c. lxxx. annos, ab egressu filiorum Israel ex Aegypto, opus fuit admirabile super aedificia, quae inter miracula tribus commemorantur, aedificatum annis centum, & quadraginta cubitis, priusquam Tyrus Coloniam Carthaginem concederet, *Teste Josepho lib. 8. antiq. c. lib. 1. contra Apionem.*

Multitudo penè incredibilis operariorum adfuit Salomonis quoque ad opus consummandum: quorum erant septuaginta millia, qui onera portabant: octoginta millia Latomebant, in monte traiecit, trecenti eorum, qui praecipiebant opera ultra eos, qui faciebant opus. *1. Reg. 5. 2. Paralip. 2. c. 3.*

Forma, & fabrica templi, & rerum, quae ibidem erant, ponitur *3. Reg. 6. c. 7. c. 2. Paralip. 3.*

Tres praecipuas habuit partes, prima erat templum clausum. 2. Atrium interius, seu Sacerdotum. 3. Atrium exterius, seu populi, in quo porticus constructus est à Salomone, postquam aedem totam perfecisset. *3. Reg. 7.*

Templum illud habebat sexaginta cubitos in longitudine, viginti cubitos in latitudine, triginta cubitos in altitudine. *3. Reg. 6. c. 7.* Porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis, juxta mensuram latitudinis templi: porro quadraginta cubitorum erat ipsum templum pro foribus oraculi, & viginti cubiti erant ad posteriorem partem templi: quadraginta cubitorum decem erant cubiti interioris intercepti, & quod erat interceptum, vocabatur Sanctum Sacerdotum: quod autem erat extra, sanctum tantum: auro autem omnia collebantur. Nonnulli quoque dixerunt, & supremam quoque trabem fuisse auream: huc solus Pontifex semel in anno ingrediebatur: illie & arca sita erat, & Cherubin: etiam stabat altare aureum, quod adferebatur thuribulum; Hoc autem fiebat semel in anno.

In extere verò templo erat altare aeneum, in quo quotidie adferebatur agnus, & comburebatur, & vocabatur sacrificium vespertinum: erat enim etiam aliud matutinum, bis in die oportebat altare incendi, praeter alias hostias, quae adferebantur à populo. Hoc enim erat iustum, & lege statutum Sacerdotibus, ut ex se, & ex domo sua, quando nullus offerret, unum matutinum, & unum vespertinum agnum sacrificarent, & comburent. Quod jussit Deus fieri significans per id quod fiebat cum assidue colere oportere, & cum dies deficeret. Hocque sacrificium fuit semper acceptum, atque hujusmodi hostia, cum tamen, quod fieret pro peccatis, aliquando

non esset acceptum, ut explicat *S. Chrysostomus in Psal. 140. tom. 1.*

Progressu temporum, atrium exterius interfectio murorum fuit separatum, ut anteriore parte viri, posteriore feminae continerentur, & ab atrio Sacerdotum remotiores essent, unde atrium novum dicitur. *2. Paralip. 20.*

Hac rursus omnia atria suas habuerunt porticus, ad Meridiei, & Septentrionis latera, quibus vel imber, vel aestus vitari possent. Additum & aliud tandem atrium profanum, & gentilitium, in quod exteri, & Israelitae non purificati ad orandum convenire possent.

Ethae omnia muro cingebantur, à quo totum spatium usque ad atrium contentum mons domus dicebatur, mons Dei, mons Moria. Sunt enim in eodem tractu montis quatuor colles, sive juga, quae quandoque una appellatione Sion dicuntur, aliquando varia fortium nomina. Primus collis forsim Sion dicitur, qui ob sui altitudinem respectu totius terrae specula vocatur, in quo etiam erat arx dicta civitas David, quam à Hierusalem dirimebat hiatus, quidam, sive Mclo. *2. Reg. 5.* ibique erant sepulchra Davidis, & aliorum Regum. Secundus collis erat mons Moria, ubi templum. *2. Paral. 3.* Tertius Arta, ubi nova civitas. *F. Quartus Golgota.*

TEMPLI SECUNDI.

Templum, quod reversi è captivitate Babylonica extruxerant anno secundo à solutione captivitatis, id est annis 54. ex quo dirutum à Chaldeis fuerat, eandem aedificii formam cum primo habuit, at magnificentia, & ornatu longè inferioris.

Primum enim à rege opibus floridissimo conditum est, secundum à multitudine, quae ex 70. annorum captivitate cum suis tantum opibus redierat, quas rex Persarum exportari voluerat. Summa ejus altitudo sexaginta cubitorum fuit, cum primo centum, & viginti habuerit.

De hoc legimus Cyri decretum à Dario filio Hystaspis confirmatum in hunc modum, *Esdrae 6.* Anno primo Cyri regis Cyrus rex decrevit, ut domus Dei aedificaretur, quae esset in Hierusalem, in loco ubi immolent hostias, & ut ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta, ordines de lapidibus impolitis tres, & sic ordines de lignis novis, &c. Atque ideò, qui templum prius viderant, stebant, cum hujus fundamenta facta cernebant.

Hoc templum habuit undequaque atria, licet fortasse non ita ampla, ut templum Herodis, ita enim ibidem scripsit *Josephus*. Aedificaverant enim Judaei porticus quoque, quibus templum circumquaque includebatur. Hoc templum tempore Ptolemæi Philadelphii, & 70. interpretum, id est, ducentis octoginta annis ante Christi natalem; Christus enim natus est anno tertio Olympiadis 194. lxx. autem verterunt Scripturam Olympiade 124. *teste Eusebio in Chronica.* Habuit triplicem murum, quo collis ille cingebatur. Ita enim Aristaeus illorum temporum scriptor, tradidit in libello de lxx. Interpretibus his verbis: In cujus vertice templum apparebat visum pulcherrimum. Hoc muri tres circumambiunt, altitudine supra lxx. cubitos sublimis, latitudine ea, quae ad altitudinem decreet, longitudine omnem templi apparatus magnifico opere, & decore circumteat, &c.

TEMPLI AB HERODE AEDIFICATI.

HERODES Judaeus Rex, ut supra tetigimus, ille inquam, qui infans occidit, decimo octavo regni sui anno, post miranda, & magna aedificia absoluta ad templum Dei aedificandum animum convertit, quod videre ei, tam in altitudine, quam in reliquo ornatu multum deesse prioris magnificentiae. Nec ante vetus templum demoliri voluit, quam universam materiam futurae fabricae magnis sumptibus compararet. Templum deinde à fundamentis evertit, ac nova reposuit, & totum octo annis magnificentissime extruxit, ut tradunt *Josephus lib. 15. antiq. c. 14. & alter Josephus filius Gorionis lib. 5. bist. Judaeorum c. 24. & seq.*

Memorable autem, quod *Idem Josephus* scribit: Fertur, inquit, toto tempore, quo templum struebatur, nunquam interdiu pluisse, noctu tantum imbribus descenditibus, nec intertemporetur templi aedificatio: eaque fama, quasi per manus tradita ad nos pervenit à majoribus. *Idem narrat alter Josephus lib. 5. cap. 26.*

A Certum autem est, istud templum ad prioris formam fuisse constructum, iisdemque locis altaria, & cetera omnia collocata, quibus ante fuerant.

De his ita Joseph. in Antiq. c. 14. Sublatis deinde veteribus fundamentis, & novis repositis, desuper templum extruxerat longitudine centum cubitorum, (quæ fuit in primo sexaginta) altitudine totidem, & viginti amplius, qui viginti cubiti aliquanto post fidentibus fundamentis decesserunt, eoque de novo addere curaverunt nostri Neronis temporibus.

Et alter Josephus: Habuit autem illud templum, quod Herodes rex extruxit, centum cubitos in longitudine, & centum in latitudine, in altitudine autem centum, & viginti, in medio scilicet altitudinis ædificii, & fundamenta de subus decem tenebant cubitos.

Quod verò latitudinem centum cubitorum fuisse dicit, non de interiori latitudine intelligendum est, quia Josephus lib. 6. de bello Judaico, c. 6. viginti tantum cubitorum fuisse docet, sed de exteriori faciei templi latitudine addita parietum templi domuncularum, sive cellarum hinc inde constructarum crassitudine.

B Josephus: Constabat autem structura ex lapidibus candidis firmissimis, magnitudine viginti quinque cubitorum in longum, octo in altum; latitudine vero cubitorum duodecim. Consentit omnino & alter Josephus, atque addit: Unam, & eandem mensuram habebant omnes lapides à fundamento ædificii usque ad summam eius.

Josephus: Habebatque Basilicæ similitudinem, hinc & inde humiliter, medio sui parte excellentius, à multis stadiis conspicuum, maxime ex adverso habitantibus, aut adventantibus, eadem habet & alter Josephus.

Plura curiosus Lector de his reperiet apud citatum Riberam libro particulari de templo, Ariam Montanum, Andream Masium, & supradictum utrumque Josephum.

APUD ETHNICOS.

Neque defuerunt Ethnicis in suis delubris, templisque Deorum erigendis forme, secundum quarum præscriptum ea edificarent. Nam Solis quidem ædem, Liberi que patris rotundam veteres probarunt.

C Jovis templa, quod omnium rerum femina is Deus patrefacere credebat, recto esse oportere ajebat Varro perorato.

Ædem Vestæ, quam cum terra eandem putabant, rotundam ad pilæ similitudinem formabant.

Cœlitibus, & superis aliis à terra templa extare volebant: inferis Deis sub terra, Chthoniis, & Terrestribus medias ponbant sapius.

Sed de Templorum, & sacrarum ædium situ, si plura cupis, vide Virro lib. 1. c. 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10. & 11. & 12. & 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. & 41. & 42. & 43. & 44. & 45. & 46. & 47. & 48. & 49. & 50. & 51. & 52. & 53. & 54. & 55. & 56. & 57. & 58. & 59. & 60. & 61. & 62. & 63. & 64. & 65. & 66. & 67. & 68. & 69. & 70. & 71. & 72. & 73. & 74. & 75. & 76. & 77. & 78. & 79. & 80. & 81. & 82. & 83. & 84. & 85. & 86. & 87. & 88. & 89. & 90. & 91. & 92. & 93. & 94. & 95. & 96. & 97. & 98. & 99. & 100.

Veneri, Floræ, Proserpinæ, Fontium Nymphis, Corinthio genere constituta aptas videbantur habere proprietates, quod his Deus propter temeritatem graciliora, & florida, fofohisque, & volutus ornata opera facta, augere videbantur justum decorem.

D Junoni, Dianæ, libero patri, cæterisque Deis, qui eadem sunt similitudine, si ædes jonæ constituantur, habita erit ratio mediocritatis, quod à severo more Doricorum, & è temeritate Corinthiorum temperabitur ædem proprietatis institutio.

Mercurio verò in foro, aut etiam, ut Ididi, & Serapidi in templo.

Apollini, patrique Libero secundum Theatrum.

Herculi, in quibus civitatibus non sunt Gymnasia, neque Amphitheatra, ad circum.

Marti extra urbem, seu ad campum: itemque Veneri ad portum.

Id autem etiam Hetruscis aruipicibus disciplinarum scriptis, ita est dedicatum, extra murum Veneris, Vulcani, Martis iana idè collocari, ut non infuscat in urbe adolescentibus, seu maribus familiarum Veneræ libido, Vulcanique vi è menibus, religionibus, & sacrificiis evocata, à timore, incendio-

rum ædificia videantur liberati. Martis verò divinitas cum esset extra mœnia dedicata, non erat inter civis armerga Ediffensio. Sed ab hostibus ea defensa: à belli periculo conservabat.

Eadem ratione & Bellonæ ædes extra urbem fuit, ubi Senatus dabatur fortibus ducibus, & qui strenuam operam navassent.

Cæteri item extra urbem, loco, quo non semper homines, nisi per sacrificium neesse haberent adire, cum religione, castè, sanctisque moribus, is locus tueri deberet.

Porro, ut plurimum templa ad orientem solem constitute solitos veteres, scribit Lucianus.

APUD CHRISTIANOS.

De forma Ecclesiarum Christianorum non est, quod multa dicamus, cum adhuc antiquissima Ecclesiæ videntur: Deo autem notanda sunt. Unum ad similitudinem templi Salomonis, in quo erat atrium, sancta, & Sancta sanctorum, Ecclesiæ ferè omnes habuissent tres partes. Primo, porticus ante ingressum in templo, quem locum Græci πρόπυλον, nostri vestibulum dicunt: ubi manebant penitentes. Deinde erat rîus, id est, templum, sive navis. Ultimo, Bîna, sive isparum hoc est, sacrum, sive sanctorum, sive adyta, que erat pars interior templi, ubi erat altare, quæque diversa à reliquo templo, & divisa gradibus, cancellis, & velis, sive aulais: neque eo penetrabant alii, quam Sacerdotes cum suis ministris clericis.

Præter has templi partes erat etiam domuncula annexa templo, quæ dicebatur ædícula saluatoria, ubi sedebat Episcopus cum se pararet ad facta facienda. Vide Eusebium lib. 3. de vita Constantini, ubi describit templum, quod Hierosolymis ad sanctum sepulchrum Constantinus extruxit, & Theodor. lib. 4. histor. c. 20. Ubi meminit sacrarii aulais separati à reliquo templo, quod introduxit Basilus Valentes Imperatorem: Item lib. 5. c. 17. ubi meminit tam sacrarii, quam ædicolæ saluatoris. Vide Hieron. in epist. de obitu Nepotiani, Aug. lib. 22. de Civ. Dei c. 8. in fine, & Ualsfidum Strabonem lib. de rebus Eccles. c. 4. & 6.

Alterum est: Ecclesiæ Christianorum, ut plurimum ad orientem conversas fuisse, & quatuor latera habuisse, quibus quatuor mundi partes aspicerent, exceptis quibusdam, quæ G propter loci commoditatem aliter constituta: sunt: id parum experientia constat, partim etiam testimoniis veterum. Nam Tertullianus lib. contra Valentinianos, dicit, Ecclesiæ Christianorum orientem amare solitas.

Ualsfidus Strabonem lib. de rebus Ecclesiasticis c. 4. dicit, majorem partem Ecclesiarum ita fabricari, ut qui in eis orant, orientem respiciant. Idem testatur Paulus epist. 12. Justinus q. 118. Epiphanius heres. 19. que est Offensorum, Originus hom. 5. in Num. Basilus lib. de Spiritu sancto cap. 27. Gregor. Nyssenus orat. 5. de oratione Dominica; Aug. lib. 2. de sermone Domini in monte cap. 5. Germanus in lib. Theoria rerum sacrarum Joan. Damascenus lib. 4. de fide, cap. 13. & omnes illi veteres, qui scribunt Apostolicam esse traditionem, ut oremus conversi ad orientem, id enim præcipue servari par est in solemnibus precibus, quæ funduntur in templis.

Rationes autem hujus ceremoniæ sunt quinque: Prima, quia ad orientem erat Paradisus. Genes. 3. secundum versionem LXX. ubi habet vulgata editio: Plantaverat Deus Paradisum à principio, Græca habet; ἐπί τὴν ὀρίαν τὴν ἄριαν, certe verbum Hebræum עֵדֶן utro modo rectè H verti potuit. Significat enim Ante, & orientem, quæ est pars mundi anterior. Unde etiam noster interpretes, Genes. 4. vertit idem nomen, ad orientalem plagam. Oramus igitur conversi ad orientem, quia profitemur nos peregrinos, & ad patriam nostram, unde ejecti sumus, suspiramus. Ita Gregorius Nyssenus.

Secunda ratio est, quia ab Oriente caelum surgere, & moveri incipit, estque propterea pars illa totius mundi corporalis excellentissima. Ideo autem orantes convertimus faciem corporalem ad corpus excellentissimum, tum quia Deo sunt danda semper meliora, tum etiam, ut admoneamur convertere faciem spiritualem animæ ad spiritum excellentissimum, qui est Deus. Ita B. Augustinus.

Tertia ratio est, quia Christus, quem oramus, est lux mundi. Joan. 8. Et vit Orientem omnes ejus. Zach. 6. ut igitur significemus, nos in oratione illustrari à Christo sole justitiæ, sicut illustrantur à sole corporeo, qui ad orientem respiciunt: idèd hac ceremoniam utimur, ita Ualsfidus.

Quarta

Quarta ratio est: quia Dominus ipse moriens in cruce, occidentem respiciebat, nos ad orientem oramus, ut quasi in faciem crucifixi intueamur: & quia ipse ascendit in caelum caelorum ad orientem, Psalm. 67. nos ad orientem convertimus, ut quasi cum ascendente votis, ac precibus deducamus: ac demum, quia ipse ab oriente venturus creditur ad judicium. Matth. 24. Sicut fulgur erit ab oriente, & parer usque in occidentem, ita erit adventus filii hominis: nos ad orientem precamur, quasi venturum judicem expectantes, ita Damascenus.

Postumus addere quintam rationem, quia Judæi orabant, & orant ad occidentem, ut patet Exod. 26. ubi dicitur ostium Tabernaculi ad orientem versum fuisse, & Ezechiel. 8. ubi dicitur: Ecce in ostio templi Domini inter vestibulum, & altare quasi viginti quinque viri, dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad orientem, & adorabant ad ortum ejus temporis adorabant ad orientem. Nos igitur ad orientem respicimus, dum Judæi respiciunt ad occidentem, ut significemus, eorum esse litteram occidentem, nostrum autem spiritum vivificantem: & velamen adhuc manere super cor eorum, nos autem conversos ad Dominum deposuisse velamen.

TEMPLORUM DEDICATIO.

CONSECRATIO.

Illius ritus celebrari, antiquius, ubi etiam de Enceniis, Templorum dedicatio, & consecratio nihil est aliud, quam solemnitas quadam, & cum summa exultatione facta Deo gratiarum actio, quod domus illa ad optatum finem per ducta sit; cui facta apprecatio certis, sacrisque caeremoniis adiungitur, quarum qualdam ipsa natura docuit, alias lex Ecclesiastica præscripsit. Earumque finis est, ad significandum templum, quod dedicatur, & consecratur Deo, ejusque cultui, ac sacris actionibus deputatum, neque esse domum profanam, sed sacram, prout amplius in progressu dicitur.

IN LEGE NATURÆ.

C In statu legis naturæ Jacob Genes. cap. 28. erexit lapidem, ut ibi sacrificaret, eumque consecravit fundens oleum defuper, & inde eum locum appellavit Bethel, id est, domum Dei, & cap. 35. monitus à Deo, ut faceret altare, rursum ibidem erexit lapidem, eumque inungendo consecravit, & libavit super eum libamina. Itaque cum nullum haberet ejus rei præceptum, elevavit lapidem illum, in quo dormierat, ut esset in monumentum visionis sibi factæ, eumque oleo inunxit, ut significaret consecrationem, inquit Abulenſis, quia res consecratae oleo unctur: non ergo hæc olei fusio sibi libatio, aut sacrificatio, ut legitur. Itaque Jacob ex hac visione divina manè vigilans, ex urbe vicina Luza, que postea ab eo Bethel est dicta, oleum attulit, inquit Abulenſis, eoque lapidem in quo sibi dormierat mira visio contigerat, inunxit, eumque inungendo Deo, quasi consecravit. Hinc etiam vover. se super illo lapide sacrificaturum, si incolomis revertetur, dicens & lapis iste vocabitur domus Dei. i. locus in quo est lapis hic, mea applicatio, destinatio, & quasi consecratio, erit, & vocabitur sanctus, ac domus, sive habitaculum Dei, atque super lapide hoc, quasi super altare Deo sacrificabo, ita Chaldeus, D Cæst. Lipon. & alii, huic esse sensum patet ex cap. 25. vers. 7. ubi enim votum hoc suum expet Jacob, redi ex Hatana, atque super hoc lapide, quasi ara, Deo sacrificium offert.

IN LEGE MOISAICA.

In statu legis ad manum est Moyses, qui ex mandato Dei Tabernaculum cum vasis suis oleo unctis inunxit, ut sanctificarentur. Similiter altare holocausti, & omnia vasa ejus, ut constat Exod. cap. 40. versiculo 9. 10. 11. eamque caeremoniam Deo gratam fuisse, colligitur primò ex eo, quod ab illo præcepta fuerunt. Secundò, quod postquam ea perfecta fuerat, operuere nubes Tabernaculum, & gloria Domini impleverit illud.

Completo templo suo Salomon illius dedicationem maxima cum exultatione, & solemnitate celebravit, eamque describit historia Regum lib. 3. cap. 8. lib. 2. Paralip. cap. 5. 6. 7. ac inter alia hæc legitur. Igitur Rex, & omnis Israel immolabant victimas coram Domino (nempe postquam arcam, & omnia vasa sanctuarii, que erant in Tabernaculo ipsumque tabernaculum testimonii intulissent Sacerdotes in templum,

advocatis omnibus maioribus natu, principibus tribuum, & Ducibus familiarum filiorum Israel) Mactavitque Salomon hostias pacificas, quas immolavit Domino, boum 22000. & ovium 120000. & dedicavit templum Domini Rex, & filii Israel. In die illa sanctificavit Rex medium atriæ, quod erat ante Domum Domini, quippe fecit holocaustum ibi, & sacrificium, & adipem pacificorum: quoniam altare æreum, quod erat coram Domino, minus erat, & capere non poterat holocaustum, & sacrificium, & adipem pacificorum. Fecit ergo Salomon in tempore illo festivitatem celeberrimam, & omnis Israel cum eo, multitudo magna ab introitu Emath usque ad rivum Egypti, coram Domino Deo nostro, septem diebus, & septem diebus, id est, quatuordecim diebus. Et in die octava dimisit populos: qui benedictes Regi profecti sunt in tabernacula sua latantes, & alacri corde super omnibus bonis, quæ fecerat Dominus David servo suo, & Israel populo suo.

Ter autem templum dedicatum fuit. Primum cum à Salomone constructum est, de quo paulo ante.

Secundò, cum reedificatum fuit post captivitatem Babylonicam, Ezech. 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10. & 11. & 12. & 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. & 41. & 42. & 43. & 44. & 45. & 46. & 47. & 48. & 49. & 50. & 51. & 52. & 53. & 54. & 55. & 56. & 57. & 58. & 59. & 60. & 61. & 62. & 63. & 64. & 65. & 66. & 67. & 68. & 69. & 70. & 71. & 72. & 73. & 74. & 75. & 76. & 77. & 78. & 79. & 80. & 81. & 82. & 83. & 84. & 85. & 86. & 87. & 88. & 89. & 90. & 91. & 92. & 93. & 94. & 95. & 96. & 97. & 98. & 99. & 100.

ENCENIORUM DIES.

In illius autem dedicationis, & emundationis, quam fecerunt Machabæi memoriam, fiebant singulis annis Encenia, (quod nomen Græcum est à verbo ἐναίω, quod est renovare, initiari, dedicare, Græcè à ναίω, novum dicitur, ait S. August. trad. 48. in Joannem: aculus obtinuit, inquit, ut si quis nova tunica induatur, enceniari dicitur.) De horum autem enceniorum institutione, ita historia Machab. lib. 1. c. 4. & statim Judas, & fratres ejus, & universa Ecclesia Israel, ut agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis, ab anno in annum per dies octo, à quinta, & victimis die mensis Casleu, cum læticia, & gaudio.

Idem scriptum est 1. Machab. 10. De eadem etiam re hæc memorie mandavit Josephus lib. 12. Antiq. cap. 11. (Tanta vero læticia ob reductos ritus patrios, & præscam religionem occupavit gentis animos, maxime, quod ea felicitas ex insperato obtigerat, ut lex lata sit ad posterios, quæ juberet quotannis hoc festum reparari cum caeremoniis templi per octo dies celebrari, & ex eo tempore mos hic apud nostros obtinuit, vocanturque hanc festivitatem Luminum, opinor idèd, quod ex insperato nobis illuxerit tanta felicitas, &c.) Octo igitur diebus fiebant Encenia, quia octo dies Judæi in lætissima illa templi dedicatione contulerunt.

APUD GENTILES.

Ethnici, quoque religione quadam Diis suis templa non modò construunt, sed & dedicant, & consecrant, tanquam hæc impis suis sacrificiis, & superstitionibus. Unde & Varro lib. 6. de lingua Latina, dicit apud illos quadam templa fuisse, & tamen non consecrata: nam, inquit, Curia Hostilia templum est, & sanctum non est.

Servius in Virgilium, refert templum Vestæ non fuisse consecratum, ne Senatus illic accederet, ubi erant virgines. Senatus autem, vel ejus consilium haberi non poterat, nisi in augurato loco.

APUD CHRISTIANOS.

In lege Evangelica merito Ecclesiæ Præfides templa variis ritibus, & caeremoniis dedicant, & consecrant, tanquam quæ deinceps habenda sint tanquam facta, deoque summa veneratione digna: ut quæ ordinem habeant ad Deum ipsum, cujus ministerio, & cultui dedicantur. Quidquid semel fuerit consecratum Domino, ait Script. Lev. ult. Sanctum sanctorum erit. Unde Deo gratias agunt, quod locum illum sibi elegerit, & cum publica læticia illius usum auspiciantur addito voto, ut quisquis eadem beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetratæ lætetur.

Et

Et quamvis huiusmodi ritus Scriptura Apostolica in parti-
culari non meminerit, presertim cum primis illis temporibus
non nisi in privatissimis oratoriis, & domibus Christiani sua sacra
peragerent, idque clam metu imminenti perfectionis: Simul ac tamen affulsit spes aliqua quietis, ut templa passim
erigi coeperunt, etiam dedicationis, & consecrationis ritus
adhiberi cepit.

Hoc inferim notandum, quod quamvis initio status
Evangelici non habeamus tam expressa testimonia Scripturae,
interim tamen ex eo, quod Paulus in priori epistola ad
Cor. c. 11. Corinthios arguit, tanquam Ecclesie contemptores,
quia in Ecclesia comedeabant, satis innuitur, tunc etiam
Ecclesiam aliquo modo sacratam fuisse. Cur enim Ecclesiam
contemnere dicitur, qui in ea actionem alibi licitam exercet,
nisi propter aliquam eius loci consecrationem, & ex ea re-
verentiam? Probatique ex Dionysio Areopagita, qui tempore
Apostolorum vixit, lib. de Eccles. hierarch. c. 5. part. 1.
aperite docet, altaria sacro Oleo iniungi, & consecrari ab
Episcopo debere.

Concilium quoque Carthagenense V. can. 6. sic habet: Sim-
litter & de Ecclesiis, quoties super eorum consecratione
hæsitatur, agendum est, id est, ut sine ulla trepidatione
consecrentur.

Agathensis Concilium c. 14. Altaria placuit non solum
unctione Chrismatis, sed etiam Sacerdotali benedictione sa-
crari. Item patet ex Concilio II. Bracarensi, can. 6. Item ex
decretis Pontificum Gelasii, & Felicii IV. & Joannis I. in
epistola ad Episcopos Italianos. Alia etiam Decreta vide apud
Gratianum de consecrat. dist. 1. ubi etiam adferunt canon
Nicæni Concilii, & alius Concilii Hipponensis: quod ple-
narium totius Africae Christus testatur s. Aug. lib. 1. Retrad.
c. 17. quamquam isti canones modo extant, nisi apud Gra-
tianum.

Meminit, quoque huius solemnitas, & ritus Eusebius l. 9.
dist. c. 10. Festivitates, inquit, à nostris frequentissime gere-
bantur, cum omni læticia, & exultatione, per urbes, & loca
singula Ecclesiarum dedicationibus celebratis. Congregaban-
tur in unum Sacerdotes, nec pigebat etiam longè positos con-
venire, quia nullum longum videbatur spatium charitati. Et
lib. 4. de vita Constantini, scribit Constantinum ad consecra-
tionem, & dedicationem adis, quam Hierosolymis Martyri-
bus extruxerat anno imperii sui xxx. convocasse universam
Synodum, quæ Tyri convenerat, &c.

Aldandus in Apologia ad Constantinum: illud, inquit,
& à beatæ memoriæ Alexandro, aliisque patribus actum est,
quod populi conventus habuere, & absoluto opere agendis
Deo gratias dedicationem celebraverunt. Huius ergo dedi-
cationis te, Imperator, auctorem esse oportet. Locus enim
ille exadificatus præsentiam tuæ pietatis requirit: hoc enim
ei solum deest ad plenum ornatum. Hoc igitur ut adimpleas,
& ut vota tua Domino, cui hanc domum construxisti,
reddas, omnium vota optant, & suspirant, &c. Ibidem
pro dedicatione Ecclesie adfert exemplum Eldæ ex Testa-
mento veteri.

Rasius in Psalm. 113. initio reddit causam, cur serius ve-
nerit ad Ecclesiam dedicandam, ubi populus à media nocte
usque ad meridiem expectaverat: Si verò, inquit, oportet
etiam nos pro nobis ipsi rationem reddere motæ, ac longioris
nostræ absentiæ, causam adferimus, quod alteram huic aqua-
lem Dei Ecclesiam, non modico intervallo à vobis distantem;
ministratio nostro curantes, tempus hoc diei consumpsimus.
Hunc locum fatentur Magdeburgenses Cent. 4. c. 6. colum. 408.
de templi dedicatione intelligendum.

Greg. Nazianz. in orat. in notam Dominicam sic incipit:
De Enoeniis honorandis lex vetus est, eaque præclare con-
stituta.

Chrysostomus, quoque sermonem habuit in Enoeniis, tom. 3.
Sazomus lib. 4. c. 13. scribit, Basilium Ancyranum ad templi
dedicationem plurimos Episcopos invitasse.

Ambrosius lib. 1. epist. 5. ad Felicem, dicit se, & ipsum Felicem
ad Basilicæ dedicationem à Basiliano invitatum, & in epist.
ad sororem, quæ habetur in sermone num. 92. Cum inquit,
Basilicam dedicasset, multi tanquam uno ore interpellare
coeperant, dicentes. Sic in Romana Basilica dedices? Respon-
di, faciam, si Martyrum reliquias invenero, &c.

Gaudenusus in trad. de dedicatione, dicit convenisse multos
Episcopos ad celebritatem dedicationis Ecclesie, quæ Brixie
erecta fuerat in honorem reliquiarum Joannis Baptistæ, An-
dree, Thomæ, Luca, Gervasii, Prothasii, Celsi, & quadra-
ginta Martyrum.

Aug. quinque sermones ad populum habuit in celebritate
dedicationis templi, qui sunt inter sermones de tempore.
E
Gelasius Papa epist. 1. ad Episcopos, Lucania, & Aprutii
c. 6. Basilicas, inquit, noviter institutas, non petitis ex more
præceptionibus dedicare non audeat. Et cap. 27. alia quadam
construit in dedicatione Ecclesiarum servanda.

FELIX IV. qui etiam ante mille annos sedit, in epistola sua
decretali proluxe de hæc re differit, ac inter alia sic ait: Solemnitas
verò dedicationum Ecclesiarum per singulos annos
celebranda sunt, &c.

Prosper part. 3. c. 28. de promissionibus Dei, testatur se inter-
fuisse, cum apud Carthaginem dedicaretur in signe quoddam
templum, quod olim Gentium fuerat; in cuius frontispicio
divinitus scriptum inventum magnis, atque æreis literis:
Aurelius Pontifex dedicavit. Quod præsigium omnes mira-
bantur, cum viderent ab Aurelio Episcopo Chartaginensi
fieri, quod tanto tempore antea prædictum fuerat.

Bernardus sex sermones habuit de dedicatione templi
Ruper. in cap. 28. Genes. probat rectè fieri festivas dedi-
cationes. Hugo de S. Victore lib. 2. de Sacramentis, part. 5.
cap. 2. & 3. Iud. lib. 1. de officiis, cap. 35. Rabanus lib. 2.
cap. 45. de institutione Clericorum. Amalarius in lib. de
ordine Antiphonarii. B. Ivo in sermone de consecratione
templi, & Vvofridus de rebus Ecclesiasticis, cap. 9.
qui omnes de dedicatione Ecclesie tractant, tanquam de
re antiquissima, cum tamen etiam ipsi antiqui ipsi aucto-
res.

Ritus quos in consecrandis Ecclesiis, & altaribus Romana
servat Ecclesia, beatus Sylvester Papa primus instituit: nam
est ab Apostolorum tempore loca fuerunt Deo dicata, quæ
à quibusdam oratoria, ab aliis Ecclesiæ dicebantur, ubi col-
lectæ fiebant per unam Sabbati, & Christiani populus orare,
Dei verbum audire, & Eucharistiam fumere solitus erat;
non tamen illa ad eorum solemnem ritum consuebantur; nec in eis
adhuc in titulum erectum erat altare, quod Christrate deli-
bitum, Domini nostri Jesu Christi, qui altare, hostia, & Sa-
cerdos noster est, figuram exprimeret. Sed ubi Constantinus
Imperator per Baptismi Sacramentum sanitate, salutemque
consecutus est, tum primum lege ab eo lata concessum est toto
orbe terrarum, Christiani, ut Ecclesiis adificaret: quos
ille non solum edidit, sed etiam exemplo, ad sacra adifica-
tionem est cohortatus: Nam & in suo Lateranensi palatio Ec-
clesiam Salvatori consecravit, & ei continenter Basilicam
nomine S. Joannis Baptistæ condidit, eo loco, quo ipse bap-
tizatus à S. Sylvestro, à lepra mundatus est. Quam idem Pon-
tifex consecravit quinto idus Novembris: Cujus consecra-
tionis memoria eo die celebratur, quo primum Roma publi-
cè Ecclesia consecrata est, & imago Salvatoris in pariete de-
picta populo Romano apparuit. Breviter. Concilium Tridentinum
9. die Novembris. & Baronius tomo tertio Annal. anno
324. 67.

Ealredus, gravissimus scriptor rerum gestarum S. Eduardi
Regis Anglorum, de templo in memoriam S. Petri Londini
adificato à Seberto (Beda Sabereum vocat) nepote Regis
Erbelberti à S. Augustino conversi, refert: Nocte, inquit,
dedicationem ejusdem præcedente, piscatori cuidam Tha-
nesis fluvii, qui idem Monasterium præterfluit, ulteriori
ripa in habitu peregrino beatus Petrus apparuit, promissa
mercede, transponi se ad eodem, & petiit, & promeruit. Egred-
i autem de navicula, Ecclesiam, piscatore cemente ingredi-
tur: & ecce subito lux celestis emicuit, miroque splendore
H illustrans omnia, noctem convertit in diem. Adiit cum Apo-
stolo multitudine civium superorum ingredientium, melo-
diisque celestis infonuit. Et paulo post injungit, Mantè au-
tem facto Episcopo Mellito ad dedicandam Ecclesiam proce-
denti cum pisce piscator occurrit, & omnia, quæ sibi mandata
fuerant, prodit. Stuper Antistes, referatque Ecclesie
valvis, videt pavimentum utriusque Alphabetti inscriptione
signatum, parietem bisinis in locis sanctificationis oleo li-
nitum, totidem cereorum reliquias duodenis crucibus inhi-
rere, & quasi recentis asperione adhuc cuncta maledere.
Quod videns Episcopus una cum populo Deum benedicebat.
Credidit ergo consecrationis mysterium repetitum, cum
perfectam monstraret candelæ per totam Ecclesiam accensis,
crucibus factæ, nec minus aqua asperse, & sacri olei locis de-
bitis non frivola vestigia. In vita S. Eduardi Regis. Beda l. 2.
bist. Angl. cap. 3. Vvoullelm. Malinesbur. lib. 2. de Pontif. Angl.
& Baron. tom. 8. ann. 670.

Tempore Dagoberti Regis Francorum, Episcopis apud
dirum Dionysium dedicandæ Ecclesie gratia à Dagoberto
convo-

convocatis, dum sexto Kalend. Martii mysterium absolvere
statuissent, pridie iporum Calendarum homo lepra admo-
do deforsis ab ædibus imperat in ade pernoctare. Ubi
dum vigil in oratione perseverat, videt conspicit Christum
comitantibus cum Petro, Pauloque unam cum divis martyri-
bus, Dionysio, Rustico, & Eleuthero per fenestram in basi-
licam adventare. Qui candida veste amictus dedicationis sa-
crificium abolvere. Indeque ad lepra contaminatum pro-
gressus Christus: Tu, inquit, homo, dicitis pontificibus,
cum crastinus luce ad hanc ædem se conferent, eam à me con-
secratam esse. Cujus rei fidem fecit infirmi hominis cura.
Nam contacta hominis facie lepram omnem Christus aufe-
rens, eam proximo lapidi glutinavit, qui adhuc usque in diem
per summam ad mirationem visitur. Quo miraculo attoniti
presules dedicatione abstinuerunt. Hæc causa est quomobrem
frequens admodum populus ad Ecclesiam ipsam sexto Ka-
lend. Martii conveniat, firmissime credens à Christo Deo
fuisse perperatam. Robert. Guaguin. lib. 3. Annal. Franc. &
Falgosius lib. 1. c. 67. scribit idem ritum, & ad hunc usque diem.

Trigesimo imperii Constantini anno templum Hieroso-
lymense in Calvaria loco magnificentissime absolutum fuerat,
& quod magnum martirium dicitur. Marianus quidam ampla
dignitate vir, ab Imperatore cum literis ad Synodum Tyri
Phœnicie congregatam venit, in quibus quam celerrimè Hie-
rosolymanis adire, propter sacrosus templi dedicationem ju-
beretur. Atque illi proximus, ut potuerit, Hierosolyma con-
tenderunt, distidit, atque discordi omni seposita, templum-
que ipsum dedicavit, donaria simul, & ornameta ab Im-
peratore missa maxime precibus petiti consecrantes: Quæ lon-
go sine post tempore ibi fuerit, stuporem, & consternatio-
nem plane spectantibus concilians: tanta erat illorum ma-
gnitudo, tantum pretium. Eratis XIV. mensis Septembris
dies, quibus tempore in Ecclesia Hierosolymitana quotan-
nias publicè ab omnibus festus, & celebris agitur, & ordo
ex ordine diebus conventibus celebrandis. Quibus diebus ex
omni terrarum orbe homines eo conveniunt, & ad festos con-
ventus concurrunt, arcana sacra peracturi, & loca sancta
cognituri. Neophorus lib. 8. cap. 50. bist. Eccles. Guillelm.
Tyri. lib. 23. de bello sacro cap. 21. Euseb. lib. 4. vitæ Constant.
Ann. Dom. 324.

Sanctus Hubertus, licet vocacionis suæ haud nescius, ro-
gatu tamen quotundam illustrium virorum Brabantum perte-
xit, basilicam novo opere constructam Domino dedicavit:
Cuique quod rogabat, ut potè nomen, laudemque Domini
propagandus, & letabundus advenisset, & domum illam,
sicuti petebatur, sanctificatus esset, discipulorum quidam
requirere studuit, dicendo: Vixit Pater, longe protrahi
officiorum, anue fucungit? At ille, cuius cor perfectio-
nem semper desideraret: Nil, inquit, remaneat imperfec-
tionis: quin prout vales, & morosè, & cum integritate
juncta consulantur. Cepto ergo officio insistens, ad jun-
ctis presbyteris, & diaconibus, nec non omni Ecclesia gra-
du, cum magno illud honore, & reverentia, sicuti & re-
vera idem officium postulabat, ad finem usque perduxit, do-
minumque illam tam in historiarum oblatione, quam & Sacer-
dotali benedictione, nec non incensi super aram purificationis
acceptabilem Domino profus reddidit. Sciens autem il-
lud potissimum charum esse Domino, templum, quod non
latomum diligentia compactum, nec cementationum arte
litum, sed vitæ virtutum exercitibus est conspectum. In vita ejus
D cap. 12. apud Sar. 3. Novemb. 1092.

*** FINIS RITUM, ET CÆREMONIARUM**

DICATIONIS, ET CONSECRATIONIS
Templorum.

Ubi nonnulla de cæremoniis ipsi apud
Catholicos usitata.

Finis harum cæremoniarum præcipuum est, quem initio
hujus tituli insinuavimus; ad significandum templum illud
Deo, & sacris actionibus dedicari, neque esse domum profana-
ram, sed sacram; nam etiam illa dedicatio essentialiter con-
sistit in voluntate, & intentione dedicantis, tamen necesse
est, ut hæc intentio, & voluntas signis externis prodatur aliis
hominibus; quomodo etiam humani contractus consistunt
in intentione, & voluntate contrahentium: tamen ut inno-
tescat voluntas, & ut firma, & rata sint, non solum profertur
verba, sed etiam multæ adhibentur cæremonie, ut patet

in nuptiis, in coronatione Regum; in militia, &c. Quoniam ergo templum dedicatur Christo, ideò ad hoc
significandum pingitur signum ejus, id est, Crux: Pingun-
tur autem cruces num. 12. ita inter se distantes, ut totum tem-
plum occupent; & ad singulas lampades singulæ accenduntur,
ad significandum, quod Apostoli XII. hoc vexillum
Christi per totum orbem terrarum portaverunt; & sua præ-
dicatione mundum illustrarunt.

Et quia templum non debet esse profana, & communis do-
mus, sed sacra, ideò ad hoc significandum inungitur. Oleum
enim est comunissimum, & evidentissimum symbolum con-
secrationis. Quia enim est liquor nobilissimus, quippe qui
omnibus supereminet, & maxime omnium penetrat, & sanat,
ac roborat; & demum res illustres facit: ideò placuit omni-
bus Gentibus, & ipsi etiam Deo, illo uti ad consecrationem
significandam.

Quia rursus templum destinatur divinis sacrificiis, & ora-
tionibus, aliisque sanctis; & puris adionibus, non autem
fordibus, & tenebris negotiorum secularium, ideò ad hanc
mundiciam, & claritatem significandam aspergitur aqua. ritus
adoletur, cerci accenduntur.

Quia verò sacratur etiam templum ad concionandum, &
docendam fidem, quæ est fundamentum totius justitiæ; ideò
describitur Alphabetum in pavimento. Describitur autem
Græcè, & Latine, quia illis linguis prædicata est fides; & illis
linguis utebatur tota fere Ecclesia eo tempore, quo hæc cære-
monia sunt instituta.

Et quia in templo non solum docentur homines, sed etiam
movenunt, & inflammantur ad virtutem, & vitæ novitatem;
idcirco fit illa mixtio aquæ, cineris, salis, & vini.
Quia denique ex templo Diabolus eiecitur, neque ibi ha-
bitare sinitur, sed è contrario oratur Deus, advocatur Ang-
eli, alique Sancti, ut in eo loco habitare dignentur, ideò
pulsat ostium, & jubetur Diabolus recedere; & reliquiæ
Sanctorum introducuntur.

Alius quoque harum cæremoniarum finis est, ad significan-
dum Christum, & Ecclesiam. Sed de hac significatione agere
vultur in quædam de his Cæremoniis.

*** S A N C T I T A S T E M P L I**

Ex quo templa certis cæremoniis, & ritibus Deo de-
dicantur, & consecrantur, sequitur sancta esse, & veneratione
digna censei, ac estimari. Siquidem olim Deus
præcipiens Moysi consecrationem tabernaculi, & vasorum
ejus, addit eo sine se illam præcipere, ut sanctificarentur.
Exod. cap. 40. vers. 9. Matth. cap. 23. Christus dicit: Væ
vobis duces cæci, qui dicitis; Quicunque juraverit per
templum, nihil est, qui autem juraverit in auro templi,
debet. Stulti, & cæci, quid enim majus est; aurum;
an templum, quod sanctificat aurum? Ubi dominus vult
templum lapideum nobilitate esse ipso auro; quod videlicet
auro communicat sanctitatem; nam licet lapides sint
absolutè inferiores auro, tamen ratione relationis ad Deum,
lapides illi, qui templum efficiunt, sunt longè nobilio-
res, & sanctiores auro. Unde August. lib. 4. contra Cresconium,
cap. 40. Deo, inquit, omnipotenti parietes consecra-
tos, Ecclesiam venerandam, quasi quadam obfessione credi-
dit, retinendam.

Ceterum, cum dicat Apostolus 1. ad Timoth. 4. Nihil abiti-
candum est, quod cum gratiarum actione percipitur; sanctifi-
catur enim per verbum Dei, & orationem. Sic cibus sanctifi-
catur per verbum Dei, & orationem; cur non etiam templa
sanctificabuntur, quæ per sacras personas publicas precibus,
& benedictione consecrantur? Præterea sanctificante Salo-
mone templum, Deus etiam sanctificavit; ut ipse dicit 3. Reg.
9. Exaudivi, inquit, orationem tuam, & sanctificavi domum
hanc, quam edificasti. At non minus efficaces sunt præces
Ecclesie, quam Salomonis.

Jam verò in templo consecrate sunt multæ res sanctæ,
Primo Crux, & imagines Christi, & Sanctorum. Secundo,
reliquiæ Sanctorum. Tertio, præsentia corporis Domini in Eu-
charistia. Quarto, præsentia Anglorum; incredibile enim est,
aut temper, aut frequentissime Anglos adesse. Quare Joseph.
l. 7. de bello Jud. c. 12. scribit, in templo Salomonis paulo ante
quam everteretur, auditas voces: Migremus hinc, quas An-
golorum fuisse, deferentium eum locum, communis opinio
est. Et B. Chrysof. super illa verba ista: Vidi Dominum se-